

Amplissime et Celeberrime
Domine Professor!

Indicem librorum, qui beati possessoris, Eloquentia, dum
viveret, ad Academiam Aboënsis Professoris, dono Academia
cesserent et max vendendi sunt, oculis lustrare ut litterarum
factis liceat, jussu Senatus Academici curaturo mihi, ju-
cundissimum omnino fuit eundem Tibi, Celeberrime Vir, una-

cum venerabundi animi, fausta omnia optantis, voto mittere.
 Perincommodè autem accidit, quòd molesta simul rogatione Te
 compellare necesse habeam. Ignarus enim eorum, qui Dorpati
 catalogum illum videre forte velint, uni tantum, cui ceteri
 litterarum amici satis noti essent cum deferre coactus eram.
 Tibi igitur, Celeberrime vir, quòd plurima ejusdem exemplaria
 jam commendem, in malam partem ne interpretaris precor, hu-
 millime rogans, velis benigna, qua bonarum artium studia
 nunquam non amplecti so fio, benevolentia, eadem aliis qui-
 busdam impartiri. — Cæterum significandum fuit, emporibus,
 si qui fuerint, Amplissimum Dom. Palander, Historiæ littera-
 riæ Professorum Academiaeque Bibliothecarium, et me, ejus adju-
 torem, sedula opera in libris comparandis et hinc transmissen-
 dis præsto futurum, si modò certa pretii ratio et nomen qujus-
 dam, qui aut Petropoli aut in Tridencis portu (Friedrichshamn)
 eos accipiat, rite indicetur.

Denique ut semper valeas mihiq; faveas, opto

Celeberrimi nominis Tui

Albae d. 12. Aug. 1812.

cultor humillimus
 Fred. Wilt. Pipping,
 Litt. Græcæ Docens et Assanuenf. Bibl.

Resp. Cal Oct. 1812.

492
210V

Viro Celeberrimo,
ad Caesarem Dorpatensem Academiam
Professori atque Bibliothecario meri-
tissimo, Doctori Carolo Morgenstern,

Dorpati.